



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XX. Christi Ascensio. Act. 1. pars 1.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](http://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

Etiam impone, tolle serpentes inclina-
tiones malas, ejice procul demona, &c.

XX.

Christi Ascensio. Act. I. Pars I.

1. *P*rebuit seipsum viuum post Passio-
nem suam in multis argumentis, per
dies quadraginta apparet eis, & loquens
de Regno Dei. Recole omnem Christi
Domini antecedentem conuersatio-
nem, quam amica, quam familiaris,
quam humilis, &c fuerit, quamque vti-
lis, ut scias quid sit eius carere praesen-
tiā, eamque desiderare.

2. *E*t conuescens praecepit eis ab Hiero-
solymis ne discederent, sed expectarent pro-
missionem Patris, quam audistis inquit,
per os meum, quia Ioannes quidem ba-
ptizauit aquā, vos autem ⁵ baptizabimini
spiritu sancto non post ⁶ multos hos dies.
Lauda quod parem sibi missurus sit in-
uisibiliter, neque tamen ipse inuisibili-
ter deerit. Expecta promissionem si ser-
uas iussionem: ne discedas ab Hierosol-
ymis, hoc est, à quiete & pace contem-
plationis, expectationisque donec ipse
præ-

262 MYSTERIA RESVRRECT.

præceperit, sed expecta, & reexpecta;
dignum enim est tantum Baptisma, tan-
tula expectatione.

3. *Igitur qui conuenerant interrogab-
ant eum dicentes, ' Domine si in tempore
hoc restitues regnum Israël? Dixit autem
eis, ' non est vestrum nosse tempora vel mo-
menta quæ: Pater posuit in + sua potestate.
Iterum ad Regnum Christi terrenum
cogitandum delapsi Apostoli monen-
tur officij, & exemplo Christi docentur
futura, ad Patris æterni prouidentiam
remittere, non inquirere curiosius.*

4. *Et cùm hac dixisset, ' videntibus il-
lis eleuatus est, & nubes suscepit eum
ab + oculus eorum, " Ne rursus ipsum
interrogarent, protinus assumptus est,)
inquit Chrysost. Lucas autem in Euan-
gelio habet, quod eleuatus manibus suis
benedixit eis, & dum benedicere recessit
ab eis, & ferebatur in Cœlum, propria
scilicet virtute, nubes verò obsecutæ
sunt imperanti cùm voluit; neque de-
fuere Angeli qui cum honoris causa
comitarentur ac stiparent usque ad
dextram Patris: " nec mirum si vnius
sedis offertur filio confessus à Patre qui
vnius*

Chrysost.
hom. 2. in
Acta.
Luc. 24. 50.

Ambros.
ser. 60.

vnius est substantiæ & naturæ cum Patre: & partem ouium dextram primus agnus obtineat, vt secuturo immaculato gregi locum dux immaculatus anticipet.) Ambros.

XXI.

Christi Ascensio. Act. 1. Pars 2.

1. **C**umque intuerentur in Cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in uestibus albis, qui eisdem dixerunt, viri Galilei, quid statis aspicientes in cœlum? Attorniti, suspensi, expectantes, an forte iterum propcediem esset descensurus? Hic Iesvs qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Quasi dicant, nolite semper esse increduli, facite quod præcepit Hic, quem & in vita miranda patrarentem vidistis, & nunc mirabiliter eleuatum; veniet sed non modò.

2. Tunc reuertiſt sunt Hierosolymam, à monte qui dicitur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem sabbathi habens iter. vel ut est in Euangelio, eis ipſis adorantes re. *Luc. 24.52.*
grediſtis in Hierusalem cum gaudio ma-
gnō.